

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XXV

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

di proph&at; cum proph&is uerbum di & proph&a uerbum di, meruerit
 priora tempora proph&as afflatos & impl&os uerbodi, meruimus nos pro
 ph&am ipsum uerbum di, sic autem proph&a xps dñs proph&arum, sicut
 angelus xps dñs angelorum, Nam & ipse dictus est magni consilii angelus;
 uerum tamen alibi quid dicit proph&a. quia non legatus, neq. angelus, sed
 ipse ueniens saluos facit eos. id est ad saluos faciendos eos non mittit legatū.
 non mittit angelum, sed uenit ipse, quis uenit? & ipse angelus certe, non
 per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut & iam dñs angelorum; & enim
 angeli latine nuntii sunt; si xps nihil adnuntiar&, angelus non dicer&ur.
 si xps nihil proph&ar&, proph&a non dicer&ur; exortatus est nos ad fidē
 & ad capeffendam uitam a&ernam aliquid praesens adnuntiauit, aliquid
 futurum praedixit; ex eo quod praesens adnuntiauit, angelus erat. ex eo
 quod futurum praedixit, proph&a erat. ex eo quod uerbum di caro fac
 tum est, & angelorum & proph&arum dñs erat, **EXPLICIT SERMO XXIII.**

chry & propheta & angelus

chry & dñs angelorum & propheta

**INCIPIT XXV AB EO QUOD SCRIPTUM EST. IHS ERGO CUM COGNOUIS
 SET QUI UENTURI ESSENT UT RAPERENT EUM, USQ. AD ID QUOD AIT.
 UT OMNIS QUI UIDERIT FILIUM ET CREDIT IN EUM HABEAT UITAM AE
 TERNAM ET RESUSCITABO EUM ECO IN NOUISSIMO DIE.**

Hesternam ex euangelio lectionem ista est hodierna quae sequitur.
 unde hodiernus sermo deb&ur, facto illo miraculo ubi quinq. milia
 hominum de quinq. panibus paut ihs. cum admiratae essent turbae.
 & eum magnum proph&am dicerent qui uenit in mundum. sequitur hoc.
 Ihs ergo cum cognouisset quia uenerant ut raperent eum & facerent eum
 regem; fugit iterum in montem ipse solus; Datur ergo intellegi, quod dñs
 cum seder& in monte cum discipulis suis, & uider& turbas ad se uenientes, des
 cenderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat; Nam quomodo
 fieri potest, ut rursus illuc fuger&, nisi ante de monte descender&, Significat
 ergo aliquid, quod dñs de alto descendit ad pascendas turbas; paut & ascen
 dit, quare autem ascendit, cum cognouisset quod eum uellent rapere &
 regem facere; quidem enim, non erat rex qui timebat fieri rex. Erat omnino;
 nec talis rex qui ab hominibus fier&, sed talis qui hominibus regnum dar&;
 Numquid forte & hic aliquid significat nobis ihs cuius facta uerba sunt, ergo
 in hoc quod uoluerunt eum rapere & regem facere, & propter hoc fugit in
 montem ipse solus? hoc in illo factum tac&, nihil loquitur, nihil significat,
 an forte hoc erat rapere eum, praeuenire uelle tempus regni eius, & enī
 uenerat modo non iam regnare, quomodo regnaturus est in eo quod dici
 mus, aduenit regnum tuum; semper quidem ille cum patre regnat

margin notes on the left edge of the page, partially cut off.

secundum quod est filius dī, uerbum dī, uerbum per quod facta sunt omnia; praedixerunt autem prophetae regnum eius & iam secundum id quod homo factus est xps. & fecit fideles suos xpianos; erit ergo regnum xpianorum quomodo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emittitur sanguine xpi, erit aliquando manifestum regnum eius, quando erit aperta claritas scōrum eius, post iudicium ab eo factum, quod iudicium supra ipse dixit, quod filius hominis ipse facturussit, De quo regno & iam apostolus dicit, cū tradiderit regnum dō & patri, unde & iam ipse — Venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi; Discipuli autem & turbae credentes in eum, putauerunt eum sic uenisse ut iam regnaret; hoc ē uelle rapere & regem facere, praueuente uelle tempus eius, quod ipse apud se occultabat, ut oportune proderet & oportune in fine saeculi declararet; Nam ut nouertis quia regem uolebant facere, id est ante uenire, & iam habere manifestum xpi regnum, quem primo oportebat iudicari & deinde iudicare, ubi crucifixus est & illi qui in eum sperabant spem resurrectionis eius perdidierant. Resurgens a mortuis, inuenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes, & cum gemitu quae gesta fuerant conloquentes, & apparens eis uelut incognitus cum eorum oculi tenebantur ne ab eis agnosceretur, sermonem tractantibus miscuit, at illi narrantes ei unde sermocinarentur dixerunt quod ille magnus propheta in factis & dictis occisus esset a principibus sacerdotum, & nos inquit sperabamus, quia ipse esset redemptio israhel; recte sperabatis, uerum sperabatis, in illo est redemptio israhel; sed quid festinatis, rapere uultis, illud & iam indicat nobis hunc sensum, quia cum ab eo querebant discipuli de fine, dixerunt ei: si hoc in tempore praesentaberis, & quando ^{restat} regnum israhel, iam enim esse cupiebant, iam uolebant hoc est rapere uelle & regem facere; sed ait discipulis, quia adhuc solus ascensurus erat, non est inquit uestrum scire tempora quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem ex alto spm scm super uenientem in uos, & eritis mihi testes in hierusalem & in iudaea & samaria & usq, in fines terre; uultis ut iam exhibeam regnum, prius colligam quod exhibeam, altitudinem amatis, & altitudinē adipiscimini, sed per humilitatem me sequimini; sic de illo & iam praedictum est, & congregatio populorum circum dabit te, & propter hanc in altum regredere, id est ut circum dabit te congregatio populorum, ut multos colligas, regredere in altum; sic fecit, pauper & ascendit; quare autē dictum est fugit, neq, enim uere sinoll & teneretur, sinoll & raperetur, qui sinoll & nec agnosceretur, Nam ut nouertis hoc mystice factum, non ex necessitate sed ex significante dispositione, modo inconsequenti uidebitis

quia eisdem turbis quae eum quaerebant apparuit & cum eis loquens multa illis dixit. multa de pane caelesti disputavit; nonne cum ipsis de pane disputans erat a quibus ne teneretur auferat? non ergo & tunc poterat agere. ut non ab eis comprehenderetur. quem admodum postea quando cum eis loquebatur. aliquid ergo significauit fugiendo; quid est fugit. non potuit intellegi altitudo eius; quid quid enim non intellexeris. fugit me dicis; Ergo fugit rerum in montem ipse solus. primo gentis amoris ascendens super omnes caelos & interpellans pro nobis. Interea illo sursum posito solo sacerdote magno. qui intrauit in interiora ueli. foris populo constituto; hunc enim sacerdos ille in lege uel eie significauit. qui hoc semel in anno faciebat; illo ergo sursum posito. discipuli in nauicula quid patiebantur; nam illo in altis constituto. nauicula illa ecclesiam praesignabat; si non hoc primo in ecclesia intellegimus quod illa nauicula patiebatur; non erant illa significantia. sed simpliciter transeuntia; si autem uidemus exprimi in ecclesia ueritatem illarum significationum. manifestum quia facta xpi generasunt loquutionum;

Ut autem sero factum est inquit. descenderunt discipuli eius ad mare. & cum ascendissent nauiculam. uenerunt trans mare in capharnaum; cito dixit finitum. quod postea factum est; uenerunt trans mare in capharnaum. & credit ut exponat quomodo uenerunt. quia per stagnum nauigantes transierunt; & dum nauigarent ad eum locum quo eos uenisse iam dixit. recapitulando exponit quid acciderit; tenebrae iam factae erant & uenerat ad illos ihs; merito tenebrae. quia lux non uenerat; tenebrae uero factae erant & non uenerat ad illos ihs; quantum accedit finis mundi. crescunt errores. crebescunt terrores. crescit iniquitas. crescit infidelitas; lux deniq. quae caritas apud iohannem ipsum euangelistam satis aperteq. demonstratur. ita ut diceret. qui odit fratrem suum in tenebris est. Creberrime extinguitur. crescunt iste tenebrae odiorum fraternorum. cotidie crescunt. non dum uenit ihs; unde apparuit quia crescunt; quoniam abundabit iniquitas. refrigescet caritas multorum; crescunt tenebrae & nondum uenit ihs; Crescentibus tenebris. refrigescente caritate. abundante iniquitate. ipsi sunt fluctus nauem turbantes; tempestates & uenti clamores sunt maledicorum. inde caritas refrigescit. inde fluctus augentur. & turbatur nauis; uento magno flante mare exsurgebat. tenebrae crescebant. intellegentia minuebatur. iniquitas augebatur; Cum remigassent ergo quasi stadia xxv aut xxx. interea ambulabant. promouebant. nec uenti illi & tempestas & fluctus & tenebrae id agebant ut uel nauis non promoueret. uel soluta mergeretur. sed inter illa omnia mala ibat; & eni

quia abundabit iniquitas & refrigescit caritas multorum. Crescunt fluctus. Augentur tenebrae. saeuit uentus. Seditamen nauis ambulat; qui enim perseuerauerit usq. in finem hic saluus erit; nec ipse stadiorum numerus contemnendus est; neq. enim uere possit nihil significare quod dictum est. cum remigassent stadia xxv aut xxx. tunc ad eos uenit ih̄s; sufficeret xxv. sufficeret xxx. maximae quia aestimantis erat. non ad firmantis; Numquid periclitatur ueritas in aestimante. si diceret stadia ferme xxx. aut stadia ferme xxv. sed ex xxv. fecit xxx. quae ramus numerum uicesimum quintum. unde constat. unde fit. De quinario; quinarium ille numerus ad legem pertinet; ipsi sunt quinq. libri moysi. ipse sunt quinq. porticus ille languidos continentes. ipsi quinq. panes quinq. milia hominum pascentes; ergo legem significat numerus xxv. quoniam quinq. per quinq. id est quinquies quini faciunt xxv. quadratum quinarium; sed huic legi antequam euangelium ueniret. de erat perfectio. perfectio autem in senario numero comprehenditur. propterea sex diebus d̄s mundum perfecit; & quinq. ipsa per sex multiplicentur. ut lex per euangelium adimpleatur. ut fiant sexies quini. xxx; ad eos ergo qui implent legem. uenit ih̄s; & uenit quomodo. calcans fluctus. omnes tumores mundi sub pedibus habens; omnes celsitudines saeculi praemens; hoc agitur quantum aditur tempori. & quantum accedit ad assaeculi. augentur in isto mundo tribulationes. augentur mala. augentur contritiones. exaggerantur haec omnia; ih̄s transit calcans fluctus. & tamen tantae sunt tribulationes. ut & iam ipsi qui crediderunt in ihm̄. & qui conantur perseuerae usq. in finem. expauescant ne deficient; ^{et ut qd} xpo fluctus calcante. saeculi ambitiones & altitudines deprimente expauescant xp̄iani; nonne haec illi praedicta sunt. merito ih̄s in fluctibus ambulante ^{illi} timuerunt; quomodo xp̄iani quamuis habentes spem in futuro saeculo quando uiderint deprimi altitudinem saeculi huius. plerumq. conturbantur de contritione rerum humanarum; aperiant ^{uam} euangelium. aperiant scripturas. & inueniunt ibi ista omnia praedicta quia hoc d̄s facit. Deprimet celsitudines saeculi ut ab humilibus glorificetur. De quorum altitudine praedictum est. Ciuitates firmissimas destrues. & inimici defecerunt framea in finem & ciuitates destruxisti; quid ergo timetis xp̄iani. xps loquitur; ego sum nolite timere; quid haec expauescitis. quid timetis. ego ista praedixi. ego facio. necesse est ut fiant; ego sum nolite timere; uoluerunt ergo eum accipere in nauis. agnoscetes ac gaudentes securi facti. & statim fugit nauis ad terram ^{ad} quam ibant; factus est finis in terra. de humido ad solidum. De turbato ad firmum. De tunc ad finem; altera die turba quae stabat trans mare

unde illi uenerant. uidit quia nauicula non erat ibi nisi una, & quia non in-
 troiſſet ihſ cum diſcipulis ſuis in nauem, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent, aliae
 uero ſuper uenerunt naues. at tiberi adq̄ iuxta locum ubi manducauerunt pa-
 nem gratias agentes dño, cum ergo uidiſſent turbas quia ihſ non eſſet ibi,
 neq. diſcipuli eius, aſcenderunt nauiculas & uenerunt capharnaum quae-
 rentes ih̄m, inſinuatum eſt tamen illis tam magnum miraculum, uiderunt
 enim quod diſcipuli ſoli aſcendiſſent in nauem & quia nauis non ibi erat
 uenerunt autem inde & naues iuxta locum illum ubi manducauerunt pa-
 nem, in quibus eum turbas ſequutaes ſunt cum diſcipulis, ergo non aſcen-
 derat, alia nauis illic non erat; unde ſubito trans mare factus eſt ihſ, niſi quia
 ſuper mare ambulauit ut miraculum monſtraret, & cum inueniſſent eum
 turbas, ecce praesentat ſe turbis a quibus rapiti uerant & in montem fuge-
 rat, omnino confirmat & inſinuat nobis in myſterio dicta eſſe illa omnia,
 & facta in magno ſacramento ut aliquid ſignificarent, ecce ille qui in
 montem fugerat turbas, nonne cum ipſis turbis loquitur imodo teneant
 modo regem faciant, & cum inueniſſent eum trans mare dixerunt ei, rabbi
 quando huc ueniſti, ille poſt miraculi ſacramentum & ſermonem in feſt.
 ut ſi fieri poteſt qui paſti ſunt paſcantur, & quorum ſatiauit panibus uen-
 tres, ſat & ſermonibus mentes, ſed ſi capiunt, & ſi non capiunt, ſumant quod
 capiunt ne fragmenta pereant, loquatur ergo & audiamus; Reſpondit
 ihſ & dixit, Amen amen dico uobis quaeritis me, non quia uidiſtis ſigna,
 ſed quia manducaſtis ex panibus meis, propter carnem me quaeritis, ſi
 propter ſp̄m; quam multi non quaerunt ih̄m niſi ut illis faciat bene ſecun-
 dū tempus; alius negotium habens quaerit interceſſionem clericorum, aliſ
 praemittitur a potentioſe, fugit ad eccleſiam, alius uult proſe interueniri apud
 eum apud quem parum ualēt, ille ſic ille ſic, implētur cotidie talibus eccleſia,
 uix quaeritur ihſ propter ih̄m; quaeritis me non quia uidiſtis ſigna, ſed quia
 manducaſtis ex panibus meis; Operamini non cibum qui perit, ſed qui per-
 manēt in uitam aeternam; quaeritis me propter aliud, quaerite me propter
 me; ſe ipſum enim inſinuat iſtum cibum, quod in conſequentibus in luceſcit,
 quem filius hominis dabit uobis; Expectabas credo iterum panes manducare
 iterum diſcumbere, iterum ſaginari; ſed dixerat cibum non qui perit ſed
 qui per manēt in uitam aeternam. quomodo dictū fuerat illi mulieri ſa-
 maritanae. Si ſciſſes qui patet tibi bibere, forſitan poſtulaiſſes ab eo & daret tibi
 aquam uiuam. Cum illa diceret, unde tibi, quando quidem non habes haurito-
 rium, & puteus altus eſt, ſamaritanae reſpondit, Si ſciſſes qui patet tibi bibere,
 tu petiſſes ab eo & daret tibi aquam unde qui bibent amplius non ſitiet, ſi am

de hac aqua qui biberit sitit iterum. & gausa est illa & uoluit accipere quasi non passura sit in corporis quae labore hauriendi fatigabatur & sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spiritalem; omnino isto modo & hic; hunc ergo cibum non qui perit sed qui permanet in uitam aeternam quem filius hominis dabit uobis. Hunc enim pater signauit. ~~aut~~ dicitur istum filium hominis nolite sic accipere quasi alios filios hominis quibus dictum est. filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt; iste filius hominis sequestratus quadam gratia filius hominis. exceptus a numero hominum filius hominis est. iste filius hominis & filius dei est. iste homo & iam deus est; alio loco interrogans discipulos ait. Quem dicunt homines filium hominis? & illi. alii iohannem. alii heliam. alii ieremiam. aut unum ex prophetis; & ille. uos quem me dicitis esse? Respondit petrus; tu es christus filius dei uiui; Ille sed dixit filium hominis; petrus eum dixit filium dei uiui; optime; Ille commemorabat quod misericorditer exhibuerat; ille commemorabat quod in claritate permanebat uerbum dei; commendat^{christi} humilitatem suam. homo agnoscit claritatem domini sui; & reuera fratris puto quia iustum est. humiliat ut se propter nos glorificemus illum nos; non enim filius hominis propter se est. sed propter nos; ergo erat filius hominis illo modo cum uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. Ideo enim hunc deus pater signauit; signare quid est nisi proprium aliquid ponere. hoc est enim signare. in ponere aliquid quod non confundatur cum caeteris; signare est signum ei ponere; cuiuscumque rei ponis signum. ideo ponis signum. ne confusum cum aliis ante non possit agnoscere; pater ergo eum signauit; quid est signauit? proprium quiddam illi dedit. ne caeteris comparatur hominibus; Ideo de illo dictum est. unxit te deus deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis; ergo signare quid est. exceptum habere. hoc est prae participibus tuis; Itaque. nolite inquit me contemneret quia filius hominis sum. & quaerite a me cibum non qui perit sed qui permanet in uitam aeternam. Sic enim filius hominis sum. ut non sim unus ex uobis; sic sum filius hominis. ut pater me deus signaret; quid est signare? proprium aliquid mihi dare quo non confunderer cum genere humana. sed per me liberaretur genus humanum; Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur operadi. Dixerat enim illis. Operamini escam non quae perit. sed quae permanet in uitam aeternam; Quid faciemus inquit. quid obseruando hoc praeceptum implete poterimus; Respondit ihesus & dixit eis; hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. hoc est ergo manducate cibum non qui perit sed qui permanet in uitam aeternam; ut quid paras dentes & uentrem. crede. & manducaisti; Discernitur quidem

spu. & secundum
carnem

ab operibus fides sicut apostolus dicit iustificari hominem per fidem sine operibus legis; & sunt opera quae uidentur bona sine fide xpi. & non sunt bona quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona; finis enim legis xpi ad iustitiam omnium credentium; ideo noluit discernere ab opere fidem; sed ipsam fidem dixit esse opus; ipsa est enim fides quae per dilectionem operatur; nec dixit hoc est opus uestrum; sed hoc est opus di ut credatis in eum quem misit ille ut qui gloriatur in dno gloriatur; quia ergo inuitabat eos ad fidem illi adhuc quaerebant signa quibus crederent; uide si non iudaei signa percutit; dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum. ut uideamus & credamus tibi. quid operaris. parum ne erat quod de quinque panibus pasti sunt. sciebant hoc quidem; sed huic cibo manna de caelo praeferrebant; Dns autem ihs talem se dicebat. ut moysi praeponeret; non enim ausus est moyses de se dicere quod daret cibum non qui perit; sed qui permanet in uitam aeternam; Aliquid plus iste promittebat. quam moyses; per moysen quippe promittebatur regnum & terra trahens lac & mel. temporalis pax. abundantia filiorum. salus corporis. & cetera omnia temporalia quidem; in figuram tamen spiritualia. quia ueteri homini in ueteri testamento promittebantur. Adtendebant ergo promissa per moysen. & adtendebant promissa per xpm; Ille plenum uentrem promittebat in terra; sed cibo qui perit. iste promittebat cibum non qui perit; sed qui permanet in aeternum; adtendebant eum plus promittentem; & quasi nondum uidebant maiora facientem; adtendebant itaq. qualia fecisset moyses; adhuc aliqua maiora uolebant fieri ab eo qui tam magna pollicebatur; quid inquit facis ut credamus tibi. & ut no ueris quia miracula illa huic miraculo comparabant; & ideo quasi minora ista iudicabant quae faciebat ihs; patres nostri inquit manna manducauerunt in deserto; sed quid est manna? forte contemnitis. sicut scriptum est. Dedit illis manna manducate; per moysen patres nostri panem de caelo acceperunt. & non eis dictum est a moyse. Operamini cibum non qui perit; tu promittis cibum non qui perit. sed qui permanet in uitam aeternam; & non talia opera operaris qualia moyses; panes hordeaceos ille non dedit. sed manna de caelo; Dixit ergo eis ihs. Amen amen dico uobis. Non moyses dedit uobis panem de caelo; sed pater meus dedit uobis panem de caelo; uerus enim panis est qui de caelo descendit. & dat uitam mundo; uerus ergo ille panis est qui dat uitam mundo; & ipse cibus est de quo paulo ante loquutus sum; operamini cibum non qui perit; sed qui permanet in uitam aeternam; ergo & illud manna hoc significabat; & illa omnia signa mea erant; signa mea dilexistis; qui significabatur contemnitis; Non ergo moyses dedit

At illa dicitur...
 urandi...
 d potum...
 opera...
 unc enim...
 si alios...
 arum tuarum...
 hominis...
 filius...
 em dicunt...
 temum...
 in pater...
 filium...
 ille com...
 umulation...
 uatum est...
 filius...
 illo modo...
 di pater...
 em signu...
 gram...
 uis...
 ergo...
 non...
 e cibum...
 hominum...
 quid est...
 er cum...
 runt ergo...
 m illis...
 nam; Quis...
 te poterim...
 quem misit...
 manet in...
 lucas; Dicitur...

panem de caelo. ¹ Dñs dat panem, sed quem panem. forte manna, non. sed panem quem significauit manna. ipsum scilicet dñm ihm; pater meus dat uobis panem uerum; panis enim dñs est qui descendit de caelo & dat uitā mundo; Dixerunt ergo ad eum. Dñe semper da nobis panem hunc. quomodo mulier illa samaritana cui dictum est. qui bibert de aqua hac. non sitit & umquam. Continuo illa secundum corpus accipiens. sed tamen carere indigentia uolens. Da mihi inquit dñe de hac aqua. Sic & isti; Dñe da nobis panem hunc qui nos reficiat. nec deficiat; Dixit autem eis ih̄s; Ego sum panis uitae; qui uenit ad me. non esuriat. & qui credit in me. non sitit & umquam; qui uenit ad me. hoc est quod ait. & qui credit in me. & quod dixit non esuriat. hoc intellegendum est & non sitit & umquam; utroque enim illa significatur aeterna satietas. ubi nulla ē aegestas; panem de caelo desideratis. ante uos habetis & non manducatis. sed dixi uobis quia & uidistis me & non credidistis. sed non ideo ego populum perdi di; Numquid enim infidelitas uestra fidem dei euacuauit; Uide enim quod sequitur; Omne quod dat mihi pater. ad me ueniat & eum qui uenerit ad me. non eiciam foras; quale est illud intus unde non exitur foras; magnum penetrabile & dulce secretum. O secretum sine tedio. sine amaritudine malarū cogitationum. sine interpellatione temptationum & dolorum; Nonne illud secretum est quo intrauit ille cui dicitur est dñs seruo bene merito. intra in gaudium dñi tui. & eum qui uenit ad me. non eiciam foras. quia descendit de caelo non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit; ideo ergo eum qui uenit ad me. non eicies foras. quia descendisti de caelo non facere uoluntatem tuam. sed uoluntatem eius qui te misit. magnum sacramentum; Obsecro uos simul pulsemus; exeat ad nos aliquid quod nos pascat secundum quod nos delectabit magnum illud & dulce secretum. qui uenit ad me; Adtende adtende & adpende; qui uenit ad me. non eiciam foras; Ergo qui uenit inquit. non eiciam foras; quare? quia descendit de caelo non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui misit me. ipsa est ergo causa quare non eiciam foras eum qui uenit ad me. quia non uoluntatem tuam facere descendisti de caelo sed uoluntatem eius qui te misit; ipsa; quid quaerimus utrum ipsa sit. ipsa est ipse loquitur; non enim nobis fas est aliud suspicari quam loquitur. qui uenerit ad me non eiciam foras; & quasi quaerit quare. quia non ueni facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me; Timeo ne foras propterea exierit anima adō. quia superba erat. immo nondubito; scriptum est enim; Initium omnis peccati superbia. & initium superbiae hominis apostatare adō; scriptum est. firmum est. uerum est; Deinde quid de superbo dicitur moysi.

accincto pannis carnis, praegravato pondere corporis corruptibilis, & tam extollentise & obliuiscenti qua pelle uestitussit, quid ei dicitur, quid superbit terra & cinis, quid superbit. Dicit quid superbit, quoniam in uita sua proficit intima sua, quid est proficit, nisi porro iecit, hoc est exiit foras, & enim intrate intro. adpate intima proicete intima foras exiit est, intima proicit superbus, intima adpate humilis, si superbia eicimur, humilitate regredimur; Caput enim omnium morborum superbia est, quia caput omnium peccatorum superbia; Medicus quando aegritudinem discutit, si curat quod per aliquam causam factum est, & ipsam causam qua factum est non curat, ad tempus uidetur mederi, causa manente morbus repatur, uerbi gratia, expressius hoc dicam, humor in corpore scabiem uel ulcera gignit, in corpore fit magna febris, & non paruus dolor, exhibentur quaedam medicamenta quae scabiem conpescant, & feruorem illum ulceris sedant, & adhibentur & proficiunt, uides hominem qui fuit ulcerosus & scabiosus sanatum, sed quia humor ille non eiectus est, rursus ad ulcus reditur, cognoscens hoc medicus purgat humorem, & abicit causam, & nulla erunt ulcera, unde abundat iniquitas, per superbiam, cura superbiam, nulla erit iniquitas, ut ergo causa omnium morborum curaretur, id est superbia descendit & humilis factus est filius dei, Quid superbis homo, deus propter te humilis factus est, puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem deum, uenit filius dei in homine & humilis factus est, praecipitur tibi ut sis humilis, non praecipitur tibi ut ex homine facias pecus, Ille deus factus est homo, tu homo cognosce quia es homo, tota humilitas tua, ut cognoscat te, ergo quia humilitatem docet deus, dixit, Non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit, hoc enim commendatio humilitatis est, superbia quippe facit uoluntatem suam, humilitas facit uoluntatem dei, Ideo qui ad me uenerit, non eiciam foras, quare, quia non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit, humilis ueni, humilitatem doce te ueni, magister humilitatis ueni, qui ad me uenit incorporatur mihi, qui ad me uenit humilis fit, qui mihi adheret & humilis erit, quia non facit uoluntatem suam sed dei, & ideo non eiciatur foras, quia cum superbus esset & proiectus est foras, uide illa interiora commendari in psalmo, filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt, uide quid sit iste intro, uide quid sit ad illius protectionem confugere, uide quid sit & iam sub uerbera patris currete, flagellat enim omnem filium quem recipit, filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt, & quid est intus, Inebriabuntur ab ubertate

domus tuae. Cum miseris intro intrantes in gaudium dñi sui. inebria
 buntur ab ubertate domus tuae & torrente uoluptatis tuae potabis eos.
 qm̄ apud te est fons uitae. non foris extrate. sed intus apud te. ibi fons uitae.
 & in lumine tuo uidebimus lumen. praedende misericordiam tuam scienti
 bus te & iustitiam tuam his qui tecto sunt corde. qui sequuntur uoluntatem
 dñi sui. non quaerentes sua. sed quae dñi ihu xpi. ipsi sunt recti corde. ipsi
 non commouentur pedes. bonus enim dñs israhel recti corde. mei autem
 inquit ille pene commoti sunt pedes. quare. quia zelau in peccatoribus.
 pacem peccatorum intuens. Ergo quibus bonus est dñs. nisi recti corde.
 Nam mihi toto corde displicuit dñs. quare displicuit. quia dedit felicitatem
 malis. & ideo nutarunt mihi pedes. quasi sine causa seruissimodō. ideo ergo
 mei pene commoti sunt pedes. quia non fui rectus corde. quid est ergo rec
 tus corde. sequens uoluntatem dñi. felix est ille. laborat. ille male uiuit &
 felix est. ille iuste uiuit & laborat. Non indignetur iuste uiuens & laborans.
 intus habet quod felix ille non habet. Non ergo tristetur. non maceretur. si
 deficit. felix ille habet ipse aurum in arca. iste dñm in conscientia. compara
 nunc aurum & dñm. arcam & conscientiam. ille illud habet quod perit. &
 ibi habet unde perit. iste dñm habet qui perire non potest. & ibi habet unde
 auferri non potest. sed si sit rectus corde. tunc enim intrat & non exit.
 Ideo ille quid dicebat. qm̄ apud te est fons uitae. non apud nos. ideo intrare
 debemus ut uiuamus. non quasi nobis sufficere ut pereamus. non quasi de nro
 uelle saturi. ut arescamus. sed os ad ipsum fontem ponere. ubi aqua non de
 fitit. quia uoluit suo consilio uiuere adam. Lapsus est per eum qui ante
 ceciderat per superbiam. qui ei calicem ipsius superbiae propinauit. Quia
 ergo apud te fons uitae & in lumine tuo uidebimus lumen. intus uiuam.
 intus uideamus. quare enim inde exitum est. audi quare. non uenit mihi
 pes superbiae. ergo ille exit cui uenit pes superbiae. ostende quia ideo
 exit. & manus peccatorum non moueant me. propter pedem superbiae.
 quare hoc dicit. ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. ubi ceci
 derunt. in ipsa superbia expulsi sunt. nec potuerunt stare. si ergo superbia
 expulit eos. qui non potuerunt stare. humilitas intro mittat qui possint in
 perperuo stare. Ideo & enim ille qui dixit. exultabunt ossa humiliata.
 praedixit. auditui meo dabis exultationem & laetiam. Quid est auditui
 meo. audiendo te felix sum. de uoce tua felix sum. intus uiuendo felix su.
 ideo non cado. ideo exultabunt ossa humiliata. ideo amicus sponsi stat &
 audit eum. ideo stat quia audit. de interiore fonte bibit. ideo stat. illi qui
 noluerunt de interiore bibere. ibi ceciderunt expulsi sunt. nec potuerunt

stant; Doctor itaq; humilitatis uenit non facere uoluntatem suam sed uo-
 luntatem eius qui misit eum; ueniamus ad eum inquit ad eum in corpore
 mur ei. ut nec nos faciamus uoluntatem nostram sed uoluntatem dei & non
 nos eiciat foras quia membra eius sumus. quia caput nostrum esse uoluit do-
 cendo humilitatem; Ad extremum ipsum audite concionantem. Uenite ad
 me qui laboratis & onerati estis; tollite iugum meum super uos & discite a me
 quoniam mitis sum & humilis corde; & cum hoc didiceritis. inuenietis requiem ani-
 mabus uestris unde non eiciamini foras. quia descendi de caelo non ut faci-
 am uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me; humilitatem doceo.
 ad me uenite non potest nisi humilis; non mittat foras nisi superbia; quomodo
 exit foras qui seruat humilitatem. & non labitur a ueritate. Dicta sunt quan-
 ta dici potuerunt De abscondito sensu fratris; satis enim hic latet sensus. & nescio
 utrum congruis uerbis amesit de promptus & sculptus. quare ideo non ei-
 ciat foras qui uenit ad illum. quia non uenit facere uoluntatem suam sed uo-
 luntatem eius qui misit illum; haec est autem inquit uoluntas eius qui misit
 me patris. ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo; ipse illi datus est.
 qui seruat humilitatem hoc accipit; qui non seruat humilitatem. longe est
 a magistro humilitatis. ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo; sicut
 est uoluntas in conspectu patris uestri. ut pereat unus de pusillis istis;
 De timentibus potest perire. de pusillis nihil perit; quia nisi fueritis
 sicut pusillus iste. non intrabitis in regnum caelorum; Omne quod dedit
 mihi pater. non perdam ex eo. sed resuscitabo illum in nouissimo die; uide-
 te quem admodum & hic geminam illam resurrectionem delinuit; qui qui
 uenit ad me. modo resurgit humilis factus in membris meis. Sed & resus-
 citabo illum in nouissimo die secundum carnem; haec est enim uoluntas
 patris mei qui misit me. ut omnis qui uidet filium & credit in eum. habeat
 uitam aeternam & resuscitabo ego eum in nouissimo die; Superius dixit.
 qui audit uerbum meum & credit ei qui misit me. modo autem. qui uidet
 filium & credit in eum; non dixit uidet filium & credit in patrem; hoc est
 enim credere in filium. quod & in patrem. quia sicut habet uitam pater in
 semetipso. sic dedit & filio habere uitam in semetipso. ut omnis qui uidet
 filium & credit in eum. habeat uitam aeternam. Credendo & transeundo
 ad uitam tanquam prima illa resurrectione; & quia non est sola. & resuscita-
 bo eum ego inquit in nouissimo die. **EXPLICIT SERMO XXV. INCIPIT XXVI.**
AB EO QUOD SCRIPTUM EST. MURMURABANT ERGO IUDAEI
ET DIXERUNT. NONNE HIC EST IHS FILIUS IOSEPH. USQ. AD ID
QUOD AT. QUI MANDUCAT HUNC PANEM. UIUET IN AETERNUM.